

TIT. V.

DE APPELLATIONIBUS RECIPIENDIS, VEL NON¹.

1. ULPIANUS, lib. 48, ad Edictum.

Non solent audiri appellantes, nisi² hi, quorum interest, vel quibus mandatum est, vel qui negotium alienum gerunt, quod mox ratum habebitur. — § 1. Sed et cum mater filii rem sententia eversam animadvertet, provocaverit, pietati dans, dicendum est, et hanc audiri debere: et si litem preparandam curare maluerit, intercideri non videtur, licet ab initio defendere non potest.

2. SCÆVOLA, lib. 4 Regularum.

Ante sententiam appellari potest³, si questionem in civili negotio habendam iudex interlocutus sit: vel in criminali, si contra leges hoc faciat.

3. PAULUS, lib. singulari Regularum.

Intra triduum appellare licet ei, qui de suspecto⁴ tutore egit, vicusque appellat.

4. MACER, lib. 4, de Appellationibus.

Ejus, qui ideo causam agere frustratur, quod dicit se libellum principi dedisse, et sacrum rescriptum expectare, audiri desiderium prohibetur: et si ob eam causam provocaverit, appellatio ejus recipi sacris constitutionibus vetatur.

5. ULPIANUS, lib. 4, de Appellationibus.

Ei, cujus appellatio non recipitur, sufficit, si possit dicere, appellationem suam non esse receptam: quod quocumque ratione doceat, admittitur ejus appellatio. — § 1. Non recepta autem appellatio, si quidem principem appellari oportuit: principis erit supplicandum, sin vero alius appellabatur, quam princeps: ille erit ad eundem. — § 2. Sed et si quid aliud post receptam appellationem impedimento factum fuerit: eum adiri oportet, quem appellare quis debet. — § 3. Plane si appellatio non recepta non ipsum adierit, quem debuit, sed principem: pro eo habebitur atque si is aditus est, qui adiri debetur: idque rescriptis imperatoris nostri Antonini declaratur. — § 4. Plane si alium pro alio adit, non principem: nihil ei hic error proderit, licet non videatur cessasse. — § 5. Intra constituta⁷ autem appellatoria tempora debet is cujus appellatio non est recepta, vel competentem iudicem, vel principem adire.

6. MACER, lib. 2, de Appellationibus.

Sciendum est, cum appellatio non recipitur, præcipi sacris constitutionibus, omnia in eodem statu esse, nec quicquam novari⁸, etiam si contra fiscum appellatum sit: eumque qui appellationem non recepit, opinionem suam festim per relationem manifestare, et causam, pro qua non recipit appellationem, ejusque exemplum litigatori edere debere, mandatis cavetur.

7. PAULUS, libro singulari de Appellationibus.

Si res dilationem non recipiat, non permittitur appellare, ne⁹ vel testamentum aperiatur: ut divus Hadrianus constituit: ne frumentum¹⁰ in usum militum in annonæ subsidia contrahatur: neve scriptus heres in possessionem inducatur. — § 1. Item si ex perpetuo edicto aliquid decernatur: id quo minus fiat non permittitur appellare. — § 2. Item quo minus pignus vendere liceat, appellari non potest.

TIT. VI.

DE LIBELLIS DIMISSORIIS, [QUI APOSTOLI¹ DICUNTUR].

1. MARCIANUS, lib. 2, de Appellationibus.

Post appellationem interpositam literæ dandæ² sunt ab eo, a quo appellatum est, ad eum qui de appellatione cogniturus est, sive principem³, sive quem alium: quas literas dimissorias, sive apostolos appellant. — § 1. Sensus autem literarum talis est: appellasse (puta) Lucium Titium a sententia illius, quæ inter illos dicta est. — § 2. Sufficit autem petisse intra tempus dimissorias instanter et sæpius, ut [et] si non accipiat, id ipsum contestetur: nam instantiam repetentis dimissorias

Tit. V. — 1. Lib. 7, C. 65. — 2. L. 2, § 1, supr. tit. prox. — 3. *Immo vide* L. 7, C. quor. appellat. — 4. L. 20, in pr. supr. de appellat. L. 1, § 14, supr. tit. prox. — 5. *Adde* L. 19, C. de appellat. — 6. L. 1, § 3, supr. d. t. — 7. L. 51, C. d. t. — 8. L. un. in pr. infr. nihil innovari; L. 3, C. de appellat. — 9. L. 6, C. quorum appellat. — 10. L. 2, in fin. supr. de re judic.

Tit. VI. — 1. L. un. infr. h. t.; L. 9, infr. de jure fisci; L. 106, infr. de verb. sign.; L. 52, § 2, C. de appellat. — 2. d. L. 106; d. L. 52, § 2. — 3. L. 13, supr. quib. ex caus. in poss.

constitutiones desiderant. Equum est igitur, si per eum steterit, qui debebat dare literas, quominus det: ne hoc accipienti noceat.

TIT. VII.

NIHIL¹ INNOVARI APPELLATIONE INTERPOSITA.

1. ULPIANUS, lib. 4, de Appellationibus.

Appellatio interposita, sive ea recepta sit, sive non, medio tempore nihil² novari oportet: si quidem fuerit recepta appellatio, quia recepta est: si vero non est recepta, ne præjudicium fiat, quod deliberetur, utrum recipienda sit appellatio, an non sit. — § 1. Recepta³ autem appellatio, tandiu nihil erit innovandum, quamdiu de appellatione fuerit pronunciatum. — § 2. Si quis ergo forte relegatus fuit, et appellaverit: non arcebitur, neque in Italia, neque in provincia, qua relegatus est. — § 3. Propter eandem rationem, et si quis deportatus fuit ab eo, cui deportandi jus est, vel adnotatus: neque vincula patietur, neque ullam aliam status esse videtur provocatione interposita. — § 4. Ergo et si abstinere ordine jussus sit, et provocaverit: eadem ratione potest ceterum participare, cum hoc sit constitutum, et sit juris, neque pendente appellatione novetur. — § 5. Si quis ex pluribus facinoribus condemnatus, propter quendam appellavit, propter quosdam non: utrum differenda pena ejus sit, an non, quaeritur? et si quidem graviora sint crimina, ob quæ appellatio interposita est, levius autem id, propter quod non appellavit: recipienda est omnimodo appellatio, et differenda pena, si vero graviolem sententiam meruit ex ea specie, ex qua non est appellatum: omnimodo pena imponenda est.

TIT. VIII.

QUÆ SENTENTIÆ SINE APPELLATIONE RESCINDANTUR.

1. MACER, lib. 2, de Appellationibus.

Illud meminimus: Si quaeratur, judicatum sit, necne, et hujus questionis iudex non esse judicatum pronuntiaverit, licet fuerit judicatum: rescinditur, si provocatum non fuerit. — § 1. Item si calculi error in sententia esse dicatur, appellare necesse non est: veluti si iudex ita pronuntiaverit: *Cum constet, Titium Seio ex illa specie quinquaginta, item ex illa specie vigintiquinque debere: idcirco Lucium Titium Seio centum condemno*: nam quoniam error computationis est, nec appellare necesse est, et citra provocationem corrigitur⁴. Sed et si hujus questionis iudex sententiam centum confirmaverit, si quidem ideo, quod quinquaginta et vigintiquinque fieri centum putaverit: adhuc idem error computationis est, nec appellare necesse est: si vero ideo, quoniam et alias species vigintiquinque fuisse dixerit: appellationi locus est. — § 2. Item cum⁵ contra sacras constitutiones iudicatur, appellationis necessitas remittitur⁶. Contra constitutiones autem iudicatur, cum de jure constitutionis, non de jure litigatoris pronuntiatur. Nam si iudex volenti se ex cura muneris, vel tutelæ, beneficio liberorum, vel ætatis⁴ aut privilegii excusare, dixerit *neque filios, neque ætatem, aut ullum privilegium ad muneris, vel tutelæ excusationem prodesset*: de jure constituto pronuntiasset intelligitur. Quod si de jure suo probantem admisit, sed idcirco contra eum sententiam dixerit, quod negaverit *eum de ætate sua, aut de numero liberorum probasse*: de jure litigatoris pronuntiasset intelligitur: quo casu appellatio necessaria est. — § 3. Item cum ex edicto peremptorio, quod neque propositum est, neque in notitiam pervenit, absentis⁵ condemnatio fit: nullius momenti esse sententiam constitutiones demonstrant. — § 4. Si apud eundem iudicem invicem petamus, si et mea et tua petitio sine usuris fuit, et iudex me priorem tibi condemnavit, quo magis tu prior me condemnatum habebas: non est mihi necesse pro hac causa appellare, quando secundum sacras constitutiones iudicatum a me petere non possis, prius quam de mea quoque petitione iudicetur: sed magis est, ut appellatio interponatur.

2. PAULUS, lib. 3 Responsorum.

Paulus respondit, eum, qui in⁶ rebus humanis non fuit sententiæ dictæ

Tit. VII. — 1. L. 16, supr. de appellat.; L. 6, supr. de appellat. recip.; L. 1, in fin. supr. ad SC. Turpill. edict. Justin. 5, c. 1, § 1. — 2. L. 6, supr. de appellat. recip.; L. 3, C. quando provocaret; N. 154, c. 3, in fin. — 3. *Adde* L. 67, § 1, supr. de admin. et peric. tut.

Tit. VIII. — 1. *Immo vide* L. un. C. de errore calculi; L. 2, C. de re judic. — 2. L. 19, supr. de appellat.; L. 2, C. quando provocare. — 3. *Excep.* L. 32, supr. de re judic. — 4. L. 26, supr. de tut. et curat. dat. — 5. L. 47, in pr. supr. de re judic. — 6. L. 69, in fin. supr. d. t. L. 74, § 2, supr. de iudicis.

TIT. XII.

APUD EUM, A QUO APPELLATUR, ALIAM CAUSAM AGERE COMPELLENDUM.

1. ULPIANUS, lib. 4, de Appellationibus.

Si quis ex alia causa appellaverit a iudice: an in alia causa eundem iudicem habere necesse habeat, videamus? et hodie hoc iure utimur: et tametsi appellatio interposita sit, tamen apud eundem iudicem, a quo quis provocavit, compellitur alias causas, si quas habet, agere: nec utetur hoc prætextu, quasi ad offensum iudicem non debeat experiri, cum possit denuo provocare.

TIT. XIII.

SI PENDENTE APPELLATIONE MORS¹ INTERVENERIT.

1. MACER, lib. 2, de Appellationibus.

Appellatore defuncto, siquidem sine herede, cujuscunque generis appellatio fuit, evanescit: quod si appellatori heres² extiterit: si quidem nullius alterius interest causas appellationis reddi, cogendus non est peragere appellationem: si vero fisci vel alterius, contra quem appellatum est, interest: heres causas appellationis reddere necesse habet. Nullius autem interest, veluti cum sine ademptione bonorum relegatus est. Nam si ademptis bonis relegatus, vel in insulam deportatus, vel in metallum datus, provocatione interposita decesserit: imperator noster *Alexander* Plethorio militi ita rescripsit: *Quamvis pendente appellatione morte rei crimen extinctum sit: data tamen etiam de parte bonorum ejus sententia proponitur, adversus quam non aliter is, qui emolumentum successione habet, obtinere potest, quam si in reddendis causis appellationis iniquitatem sententiæ detexerit*. — § 1. Tutor quoque in negotio pupilli appellatio interposita si decesserit, heredem³ ejus causas appellationis reddere necesse est, etiamsi rationes tutelæ heres reddiderit: quia sufficit mortis tempore ad causas appellationis reddendas obligatum fuisse: sed divi *Severus* et *Antoninus* rescripserunt, non cogendum tutorem, post rationes redditas, causas appellationum reddere⁴.

TIT. XIV.

DE JURE¹ FISCO.

1. CALLISTRATUS, lib. 1, de jure Fisci.

Variae causæ sunt, ex quibus nuntiatio ad fiscum fieri solet. Aut enim se quis quod tacite² relicto est, proficitur capere non posse: vel ab alio præventus defertur: vel quod mors ab heredibus non³ vindicatur: vel quod indignus quis heres nuntiatur: vel quod princeps heres institutus, et testamentum sive codicilli subrepti esse nuntiantur: vel quod dicatur quis thesaurum⁴ invenisse, vel magni pretii rem minoris ex fisco comparasse: vel prævaricatione⁵ fiscum victum esse, vel eum decessisse, qui in capitali crimine esset, vel etiam post mortem aliquem reum esse: vel domum restructam esse, vel ab accusatione recessum, vel rem litigiosam venundari: vel penam fisco ex contractu privato deberi: vel adversus leges commissum factum esse. — § 1. An bona, quæ solvendo non sint, ipso jure ad fiscum pertineant, quæsitum est? *Labeo* scribit etiam ea quæ solvendo non sint, ipso jure ad fiscum pertinere. Sed contra sententiam ejus edictum perpetuum scriptum est, quod ita⁶ bona veneant, si ex his fisco acquiri nihil possit. — § 2. Divus Pius *Cælio Amaranto* ita rescripsit, vacantium bonorum nuntiationem quadriennio⁷ finiri: idque tempus ex die, quo certum esse cepit, neque heredem, neque bonorum possessorem exstare, computari oportere. — § 3. Præscriptio autem viginti⁸ annorum, quæ etiam circa requirendorum adnotatorum bona observatur, ex constitutione divi Titi solet ex eo numerari, ex quo quid ad fiscum pertinere potuit. — § 4. Causæ autem quæ statim motæ sunt, et tractæ ultra vicesimum annum, differri possunt etiam post vicesimum annum. — § 5. Illæque causæ, quæ a priore nuntiatore prodite dicuntur, etiam post annos, quibus præscribi diximus, fisco nuntiari possunt.

ult. C. si reus, vel accusator. — 3. L. ult. supr. si tutor vel curator; L. 27, supr. de appellat. — 4. d. L. 27, in fin.

Tit. XIV. — 1. Lib. 10, C. 1. — 2. L. un. C. de his, qui se defertunt. — 3. L. 1, C. ubi causæ fiscal.; L. 1, C. de his, quib. ut indigo. — 4. *Vide tamen* L. 7, C. de delatorib. — 5. L. 20, in pr. supr. de divers. temporal. præscr.; L. un. C. de sentent. advers. fiscum. — 6. L. 4, § 20, supr. de fideicom. libert. — 7. L. 1, C. de quadrienn. præscr.; L. 6, § 7, supr. si quis omnia caus. testam. — 8. L. 2, § 1; L. 4, § 1, supr. de requir. vel absent.

tempore, inefficaciter condemnatum videri. — § 1. Idem respondit adversus eum, qui in rebus humanis non esset, cum iudex datus est: neque iudicis dationem valuisse, neque sententiam adversus eum dictam vires habere.

3. *Idem*, lib. 16 Responsorum.

Paulus respondit, impossibile præceptum iudicis nullius esse momenti. — § 1. Idem respondit ab ea sententia, cui pareri rerum natura non potuit sine causa appellari.

TIT. IX.

AN PER ALIUM CAUSÆ APPELLATIONUM REDDI POSSUNT.

1. ULPIANUS, lib. 4 Appellationum.

Quæri solet, an per alium causæ appellationis reddi possunt: quæ res in rebus pecuniariis, et in criminibus agitari consuevit? Et in rebus pecuniariis sunt rescripta, posse agi: verba rescripti ita se habent: *Divi fratres Longino, Si tibi qui appellavit, mandavit, ut eum de appellatione, quam Pollia ad eum fecit, defenderes, et res pecuniaria est: nihil prohibet, nomine ejus te respondere: sin autem non sit pecuniaria causa, sed capitalis: per procuratorem agi non licet. Sed et si ea causa sit, ex qua sequi solet poena usque² ad relegationem, non oportet per alium causas agi: sed ipsum adesse auditorio debere sciendum est*. Plane si pecuniaria causa est, ex qua ignominia³ sequitur: potest et per procuratorem hoc agi. Idque erit probandum et in ipso accusatore, si appellaverit, vel si adversus eum sit appellatum. Et generaliter, quæ causa per alium agi non potest, ejus nec appellationem per alium agi oportet.

2. MACER, lib. 2, de Appellationibus.

Si procurator absentis appellaverit, deinde rationes reddiderit: nihilominus ipse respondere debet. Sed an eo cessante dominus litis respondere possit exemplo adolescentis, videamus? Magis tamen observatur, ut audiri debeat in adultis appellationis reddendis is, cujus⁴ absentis procurator appellavit.

TIT. X.

SI TUTOR, VEL CURATOR, MAGISTRATUS CREATUS APPELLAVERIT.

1. ULPIANUS, lib. 3, de Officio consulis.

Si, qui ad munera publica nominati¹ appellaverint, nec causas proaverint: scient ad periculum suum pertinere, si quid damni per moram appellationis republicæ acciderit: quod si apparuerit, eos necessario provocasse, cui² adscribendum sit id damnum, præsens, vel princeps estimabit.

2. HERMOGENIANUS, lib. 3 juris Epitomarum.

Tutor vel curator retentus si provocaverit, et ante causam actam moriatur: propter periculum medii temporis, successores³ ejus causas appellationis necesse habent reddere.

TIT. XI.

EUM, QUI APPELLAVERIT, IN PROVINCIA DEFENDI.

1. ULPIANUS, lib. 4, de Appellationibus.

Eum, qui appellavit oportere in provincia defendi in aliis⁴ suis causis, etiamsi appellationis causa peregrinetur, D. fratres *Decimio Philoni* rescripserunt.

2. MARCIANUS, lib. 2, de Appellationibus.

Hoc enim illis præstatum, ne necesse habeant se defendere, qui reipublicæ causa absunt⁵.

Tit. IX. — 1. L. 10, C. de appellat.; L. 3, Tur. appellat. — 2. *Immo vide* L. 18, supr. de appellat. — 3. L. 6, § 1, supr. de his, qui notant infam. — 4. L. ult. in fin. supr. de appellat.

Tit. X. — 1. L. 21, § 2, supr. de appellat. — 2. L. un. in fin. C. de sumptuum recuperat. — 3. L. un. § 1, infr.; L. ult. C. si pendente appellat.

Tit. XI. — 1. L. 26, in fin. supr. ex quib. caus. major.; L. 2, § 5, supr. de iudic. — 2. L. 16, infr. de legation.

Tit. XIII. — 1. Lib. 7, C. 66. — 2. L. 2, L. 3, C. h. t.; L. 9, in fin. infr. de jure fisci; L.

2. *Idem*, lib. 2, de jure Fisci.

Ex quibusdam⁹ causis delationes suspicientium fama non laeditur: vetuli eorum, qui non praemii consequendi, item eorum, qui ulciscendi gratia adversarium suum deferunt, vel quod [nomine] reipublicae¹⁰ suae quis exsequitur causas: et haec ita observari, plurifariam principalibus constitutionibus praecipitur. — § 1. Divus Hadrianus Flavio Arriano in hac verba rescripsit: *Quin ei, qui instrumenta¹¹ ad causam fisci pertinentia, cum possit exhibere, non exhibet, nocere debeat: si verum aliter non invenitur, ea subtracta esse credantur, quae nociura causae ejus fuerint, dubitatum non est: sed nec alias dubitari oportet, quin non in aliam rem nocere debeant, quam in eam, qua desiderata sunt.* — § 2. Item divi fratres ad libellum Cornelii Rufi rescripserunt, to iens edenda esse instrumenta, quotiens de jure capiendi, vel de jure domini, vel de aliqua causa simili, re nummaria quaeratur: non si de capitali causa agatur. — § 3. Senatus censuit, [ut] si neque delator, neque possessor tribus edictis¹² evocati adfuerint: delatoris quidem fidejussores teneantur, et ei postea publicam causam deferendi jus adimatur: possessoris autem jus idem esset, quod si delatus omnino non esset. — § 4. Quotiens tamen delator adesse jussus cessat, nec hoc fraude possessoris factum esse probabitur. Divus Hadrianus rescripsit, secundum possessorem pronuntiari oportere: ita ut sententia comprehendatur, etiam delatores edicto id comprehendisse. — § 5. Divus Pius Caecilio Maximo rescripsit, constitutionem patris sui, qua compellitur delator edere mandatarem¹³, ac nisi edidisset, ut in vincula deduceretur: eo pertinere, non ut delator poenae subduceretur, si mandatarem haberet: sed ut mandator quoque perinde, atque si ipse solus delisset, puniretur. — § 6. Imperator noster Severus Augustus constituit, ne servi delatores dominorum audiantur¹⁴: sed ut poena coerceantur. Libertos quoque cause mandatores contra patronos a praesidibus provinciarum poena plectendos. — § 7. Complura sunt rescripta principalia, quibus cavetur non obesse errorem¹⁵ cuiquam, quod ignarus juris sui ipse se detulerit. Sed extat eorumdem principum rescriptum, ex quo videtur posse defendi, ita demum non nocere cuiquam se deluisse, si ea persona sit, quae ignorare propter rusticitatem¹⁶, vel propter sexum femininum jus suum possit.

5. *Idem*, lib. 3, de jure Fisci.

Non intelligitur fraudem legi fecisse, qui rogatus est palam restituere. Sed cum quidam testamento suo ita scripsisset, *Vos rogo, ut in eo, quod a vobis petii, fidem praestetis: perque Deum, ut faciatis, rogo, et quaeretur, an id palam datum intelligeretur?* Julianus respondit, non quidem apparere, quid ab heredibus ex hujusmodi verbis petitum est: quaeri autem solere, quando intelligatur quis in fraudem legis fidem suam accommodare? Et fere eo jam decursum, ut fraus legi fieri videatur, quotiens¹⁷ quis neque testamento, neque codicillis rogaretur: sed domestica cautione et chirographo¹⁸ obligaret se ad praestandum ei, qui capere non potest: ideoque dicit posse, ex superscriptis verbis non esse legi fraudem factam. — § 1. Si quis palam rogatus, et tacite esset, agitabatur, quid magis prevaleret: utrum id ipsum noceret, quod tacite rogatus esset: an prodesset, quod palam petitum esset: [et] divus Hadrianus rescripsit in eo, quod cujusque fidei palam commissum est, non esse existimandum fidem suam in fraudem legis accommodasse. — § 2. Quando autem fraus interposita videatur, agendum est, id est, utrum exitus spectari deberet, an consilium? forte si tunc, cum tacite fideicommittebatur, non capiebat is, cui restitui jubebatur: mortis vero tempore capere poterat, vel contra? et placuit exitum esse spectandum. — § 3. Tacita autem fideicommissa frequenter sic deteguntur, si proferatur chirographum, quo se cavisset, cujus fides eligitur, quod ad eum ex bonis defuncti pervenerit, restitutum. Sed et ex aliis probationibus manifestissimis idem fit. — § 4. Cum ex causa taciti fideicommissi bona ad fiscum pertinent: omnia, quae in testamento utiliter data sunt, valent¹⁹: et ita divus Pius rescripsit. — § 5. Divi fratres rescripserunt, in venditionibus fiscalibus fidem et diligentiam a procuratore exigendam: et justa pretia, non ex praeterita emptione, sed ex praesenti²⁰ aestimatione constitui: *Sicut enim diligenti cultura pretia praediorum ampliantur: ita si negligentius habita sint, minui ea necesse est.*

§ 6. Cum quinquennium²¹, [in] quo quis pro publico conductore se obligavit, excessit, sequentis temporis nomine non tenetur: idque principalibus rescriptis exprimitur. Divus etiam Hadrianus in hac verba

⁹ Adde L. 44, infr. h. t. l. 3, C. de delatoriis. — 10. L. 9, C. ex quib. caus. infam.: L. 4, C. de delatoriis. — 11. L. 3, supr. de edendo, edd. L. 2, supr. de inde instrument. — 12. L. 15, § 2, § 4; L. 44, § 1, infr. h. t. — 13. L. 24, infr. eod. — 14. L. 6, C. de delatoriis. — 15. L. 15, in fin. infr. h. t. — 16. L. 5, § 22, supr. de SC. Silan. — 17. L. 40, infr. h. t. l. 105, supr. de legat. 1. — 18. L. 10, in pr. supr. de his, quae ut ind. g. — 19. L. 14, infr. h. t. — 20. L. 62, in fin. supr. ad leg. Falcid. — 21. L. 7, C. de locato. — 22. L. 9, § 1, supr. de publican. arrip. L. 11, in fin. supr. eod. — 23. L. 6, infr. h. t. — 24. L. 2, l. 4, C. quando fiscus, vel privat. — 25.

rescripsit, *Valde inhumanus mos est iste, quo retinentur²² conductores vectigalium publicorum, et agrorum, si tantum locari non possint: nam et facilius invenientur conductores, si scierint fore, ut, si peracto lustro discedere voluerint, non teneantur.* — § 7. Si posteriori creditori fiscus successerit: eo²³ jure utitur, quo is usus erat, cui successit. — § 8. Multa principalia sunt rescripta, quibus cavetur non aliter fiscum debitorum suorum debitores convenire, nisi²⁴ principales debitores defecerint, vel ex ratione fisci nomina facta liquido probentur, vel ex contractu fiscali debitores conveniantur. — § 9. D. Hadrianus Flavio Procuro rescripsit, cum in libertatem proclamatur, qui ex bonis ad fiscum pertinentibus esse dicitur, iudicium dari praesentibus²⁵, et agentibus etiam his, qui negotiis fisci solent intervenire: et hujusmodi liberales causae, si non²⁶ interveniente fisci advocato decise sint, in integrum restituantur. — § 10. Si in locis²⁷ fiscalibus, vel publicis, religiosive, aut in monumentis thesauri reperti fuerint: divi fratres constituerunt, ut dimidia pars ex his fisco vindicaretur: item si in Caesaris possessione repertus fuerit, dimidiam aequae partem fisco vindicari. — § 9. Deferre autem se nemo cogitur, quod thesaurum invenierit, nisi ex eo thesauri pars fisco debeatur. [Qui autem] cum in loco fisci thesaurum invenierit, et partem ad fiscum pertinentem suppresserit, totum cum altero tanto cogitur solvere.

4. ULPIANUS, lib. 6, ad Edictum.

In fisci causis pacti cum delatoribus pro confessis habentur, si modo pretium²⁸, vel modicum dederunt.

5. *Idem*, lib. 16, ad Edictum.

Si procurator Caesaris rem aliquam venderit, quamvis duplum, vel triplum pro evictione promiserit: tamen fiscus simplum praestabit. — § 1. Si ab eo, cui jus distrahendis res fisci datum est, fuerit distractum quid fisci: statim fit emptoris, pretio tamen soluto.

6. *Idem*, lib. 63, ad Edictum.

Fiscus, cum²⁹ in privati jus succedit, privati jure pro anterioribus suae successioneis temporis utitur³⁰: ceterum posteaquam successit, habet privilegium suum. Sed utrum statim atque coepit ad eum pertinere nomen: an vero postea quam convenit debitorem, an postea quam relatum est inter nomina debitorum quaeritur, et quidem usuras exinde petit fiscales, etsi breviores debeantur, ex quo convenit certum debitorem et contentem. At in privilegio varie rescriptum est: puto tamen exinde privilegio esse locum, ex quo inter nomina debitorum relatum nomen est. — § 1. Quodcumque privilegium fisco competit, hoc idem et Caesaris ratio, et Augustae³¹ habere solet.

7. *Idem*, lib. 54, ad Edictum.

Si fiscus alicui status controversiam faciat, fisci³² advocatus adesse debet: quare si³³ sine fisci advocato pronunciatum sit: divus Marcus rescripsit, nihil esse actum: et ideo ex integro cognosci oportere.

8. MODESTINUS, lib. 5 Regularum.

Bonorum fisco vindicatorum actores³⁴ venundari a procuratoribus non possunt: et si distraherentur irritam fieri venditionem rescriptum est.

9. *Idem*, lib. 17 Responsorum.

Lucius Titius fecit heredes sororem suam ex dodrante, uxorem Mæviam et socerum ex reliquis portionibus ejus testamentum postumo nato ruptum est: qui postumi brevi et ipse decessit: atque ita omnis hereditas ad matrem postumi devoluta est: soror testatoris Mæviam veneficam in Lucium Titium accusavit: cum non obtinisset, provocavit: interea decessit rea: nihilominus tamen apostoli³⁵ redditi sunt. Quæro, an putes extincta rea cognitionem appellationis inducendam, propter hereditatem quaesitam? Modestinus respondit, morte³⁶ rea crimine extincto, persecutionem eorum, quae scelere adquisita probari possunt, competere posse.

10. *Idem*, lib. singulari de Praescriptionibus.

Non puto delinquere eum, qui in dubiis questionibus contra³⁷ fiscum facile responderit.

11. JAVOLENUS, lib. 9 Epistoliarum.

Non possunt ulla bona ad fiscum pertinere, nisi³⁸ quae creditoribus superfutura sunt: id³⁹ enim bonorum cujusque intelligitur, quod ari alieno superest.

L. 47, in pr. supr. de re judic. — 26. L. 7, infr. h. t. — 27. § 39, Inst. de rec. divis.: N. Leon. 51. — 28. L. 29, in pr. infr. h. t. — 29. Obv. L. 46, § 4, infr. h. t. — 30. L. 66, in fin. supr. de condit. et demonstr. — 31. L. 31, supr. de legib.: L. 3, C. de quadrienni praescrip. — 32. L. 5, § 9, supr. h. t. — 33. L. 47, in pr. supr. de re judic.: L. 34, l. 30, infr. h. t. — 35. L. un. supr. de libell. dimissor. — 36. L. un. supr. si pendente appellat. — 37. Vide tamen edict. Justin. 4, e. 2, § 1. — 38. L. 17, infr. h. t. — 39. L. 72, in fin. pr. supr. de jure dot.

12. CALLISTRATUS, lib. 6, de Cognitionibus.

In metallum damnatis libertas admittitur, cum etiam verberibus servilibus coercentur. Sane per hujusmodi personas fisco nihil adquiri, divus Pius rescripsit: et ideo quod legatum erat ei⁴⁰, qui postea in metallum damnatus erat, ad fiscum non pertinere rescripsit: magisque ait poenae eos, quam fisci servos esse.

15. PAULUS, lib. 7, ad legem Juliam et Papiam.

Edicto tunc Trajani, quod proposui, significatur, ut si quis, antequam causa ejus ad ararium deferatur, professus esset eam rem, quam possideret, capere sibi non licere, ex ea parte⁴¹ fisco inferret, partem ipse retineret. — § 1. Idem postea edicto significavit, ut quaecumque professa esset vel palam, vel tacite relictum sibi, quod capere non posset, et probasset jam id ad fiscum pertinere: etiam si id non possideret: ex eo quod redactum esset a praefecto arario, partem dimidiam ferat. — § 2. Nihil autem interest, quae causa impediatur jus capiendi. — § 3. Id autem deferri debet, quod latet, non id quod fisci est. — § 4. Ad heredem ejus, qui se detulerat, non videbatur praemium transire: sed divus Hadrianus rescripsit, ut licet ante decessisset is qui se detulerat, antequam id quod detulerat fisco addiceretur: heredi ejus praemium daretur. — § 5. Extat ejusdem Hadriani epistola, ut si is, qui se deferre poterat, morte praeventus fuerit, heres ejus, si detulerit, praemium consequatur: si tamen, inquit, liquet defunctum ejus animi fuisse, ut se vellet deferre: si vero idcirco dissimulaverit, dum rem occultari sperat: heredem ejus ultra vulgare praemium nihil consequatur. — § 6. Item divi fratres rescripserunt, heredes eorum quibus tacitum fideicommissum relictum est, ita demum [ex] beneficio Trajani deferre [se] posse: si is, cui datum fuerat, morte praeventus esset, et ideo per angustias temporis deferre se non poterit. — § 7. Cum ante apertum testamentum, tacitum fideicommissum nuntiatum esset ab his, qui fidem tacitam susceperunt, deinde post apertas a fideicommissario delatum esset: divus Antoninus recipi professionem ejus jussit: neque enim dignam esse praemio tam praecipitum festinationem prioris: et cum quis se nuntiet non capere, potius confiteri de suo jure, quam aliud deferre videtur. — § 8. Ad eos beneficium Trajani pertinet, qui ex defuncti voluntate relictum sibi capere non possunt: ergo nec illud quod servo meo relictum est, deferre potero. — § 9. Eos qui quasi indigni repellantur, summovendos esse ab ejusmodi praemio: id est eos, qui de inofficioso⁴² egerunt, vel falsum dixerunt testamentum, qui usque ad finem litis oppugnaverunt testamentum. — § 10. Ei qui per errorem⁴³ se detulit, cum capere solidum posset, non nocere hoc divus Hadrianus, et divus Pius, et fratres rescripserunt.

14. GAIVS, lib. 2, ad legem Juliam et Papiam.

Dicitur ex asse hereditates ex Silaniano cum fisco vindicasset, ut nec libertates, nec legata tueretur, quod aperte nullam habet rationem: cum ex quibuslibet aliis causis fisco vindicatis hereditatibus, et libertates⁴⁴, et legata maneat.

15. JUNIUS MURTIANUS, lib. 5, ad legem Juliam et Papiam.

Senatus censuit: Si delator abolitionem petat, quod errasse⁴⁵ se dicat: ut idem iudex cognoscat, an justa causa abolitionis sit? et si errasse videbitur, det imprudentiae veniam, si autem calumnia⁴⁶: hoc ipsum iudicet, eaque causa accusatori perinde cedat, ac si causam egisset, et prodidisset. — § 1. Si quis delatorem subjecerit tantum in ararium deferat, quantum praemii nomine delator consequatur fuisset, si vicisset. — § 2. Divus Hadrianus rescripsit eandem poenam delatorem ferre debere, si citatus ad edictum⁴⁷ non responderit, qua teneretur, si causam non probasset. — § 3. Senatus Hadriani temporibus censuit, cum quis se ad ararium detulerit, quod capere non poterit, ut totum in ararium colligatur: et ex eo pars⁴⁸ dimidia sibi secundum beneficium divi Trajani restituatur. — § 4. Quod si tribus⁴⁹ edictis a praefecto arario adesse delator jussus, venire noluerit: secundum possessorem sit pronuntiandum: sed ab eo qui ita adesse jussus, respondente possessore non adfuerit, tantum exigendum, quantum apud ararium ex ea causa quam detulerit, remaneret, si professionem eam implisset. — § 5. Senatus censuit ut perinde rationes⁵⁰ ad ararium deferat is, a quo tota hereditas fisco evicta est, vel universa legata: atque is deferre deberet a quo pars hereditatis vel legati evicta sit. — § 6. Si quis arguetur falsas rationes detulisse, de eo praefectus ararii cognoscat quantum fraudem invenierit, ut tantam pecuniam in ararium jubeat inferri.

40. L. 11, supr. de alimentis: L. 3, supr. de his, quae pro non script. — 41. L. 15, § 5, infr. h. t.; L. un. C. de his, qui se defecerunt. — 42. L. 8, § 13, supr. de modicis testam. — 43. L. 2, § 4, in fin. supr. h. t. — 44. L. 2, § 4, supr. eod.: L. 9, supr. de SC. Silan. — 45. L. 10, supr. de iudicis. — 46. L. 2, C. de calumniat. — 47. L. 2, § 3, supr.: L. 42, § 1, infr. h. t. — 48. L. 15, supr. eod. — 49. L. 2, § 3, supr. eod. — 50. L. 45, § 4, infr. eod.

16. ULPIANUS, lib. 18, ad legem Juliam et Papiam.

Ait divus Trajanus, *Quicumque professus fuerit, Quicumque accipere debemus tam⁵¹ masculum, quam feminam: nam feminis quoque quamvis delationibus prohibentur⁵², tamen ex beneficio Trajani deferre se⁵³ permissum est. Necnon illud aequae non intererit, cujus aetatis sit is, qui se deferat, utrum justae a pupillaribus: nam pupillis etiam permittitur deferre se, ex quibus non capiant.*

17. MODESTINUS, lib. 2, de Poenis.

In summa sciendum est, omnium fiscalium poenarum petitionem creditoribus⁵⁴ postponi.

18. MARCIANUS, lib. singulari de Delatoribus.

Deferre⁵⁵ non possunt mulieres⁵⁶ propter sexum infirmitatem, et ita sacris constitutionibus cautum est. — § 1. Item clarissimi viri deferre non possunt. — § 2. Item damnati deferre non possunt: ut divi fratres de eo rescripserunt, qui fustibus casus in opus publicum erant datus. — § 3. Item constitutionibus principum prohibentur deferre illi, qui in metallum dati sunt, hoc ideo, ne desperati ad delationem facile possint sine causa confugere. — § 4. Sed eas causas quas ante damnationem ceperunt deferre, posse eos etiam post⁵⁷ damnationem exequi, rescriptum est. — § 5. Veterani quoque sacris constitutionibus delatores esse prohibentur, propter honorem utique, et merita militiae. — § 6. Item milites propter honorem stipendiorum quae merent, deferre prohibentur. — § 7. Sed communem causam sibi cum fisco quisvis deferre potest: [hoc est; vindicare: nec per hoc famosus est, licet in causa sua] non obtineat. — § 8. Item eos, qui tutores vel curatores fuerunt, non oportere deferre: causa pupillorum vel adolescentum suorum divi Severus et Antoninus⁵⁸ rescripserunt. Quod consequens est observari et in eo, qui quasi procurator negotia gessit, et ita idem principes rescripserunt. Iidem decreverunt, nulla constitutione prohibitum esse procuratorem interrogari: sed accusare eum, cujus negotia gessit. Et tutorem, qui aut delulit, aut mandavit, severissime puniendum rescripserunt. — § 9. Sed ne quidem is, qui aliquam vendidit rem, eandem deferre debet. per se, vel per subjectam personam: ne aliquia poenam patiator dignam suae personae, ut et constitutum esse refertur. — § 10. Papinianus tam libro sexto, quam undecimo Responsorum scribit, ita demum publicam auferri⁵⁹ pecuniam ei, qui cum erat creditor, in solutum pecuniam accepit, si aut sciebat, cum accipiebat, publicum quoque esse debitorem, aut postea cognovit, antequam consumeret pecuniam: sed placet omnimodo ei pecuniam auferendam esse, etiam si ignoravit, cum consumeret: et postea quidem principes directam actionem competere ablata pecunia rescripserunt, ut et Marcellus libro septimo Digestorum scribit.

19. PAPINIANS, lib. 10 Responsorum.

Denique non esse praestandas usuras⁶⁰, cum pecunia revocatur, convenit: quoniam res, non persona convenitur.

20. *Idem*, lib. 41 Responsorum.

Sed revocata pecunia, in fidejussorem liberatum utilis actio dabitur.

21. PAULUS, lib. 5 Questionum.

Titius, qui [mih] sub pignoribus pecuniam debebat, cum esset fisci debitor, solvit mihi quae debebat: postea fisco jure suo usus, abstulit mihi pecuniam. Quaeratur, an liberata essent pignora? Marcellus recte existimabat, si id quod mihi solutum est, fisco abstulit: non competere pignorum liberationem: neque differentiam admittendam esse existimo interesse putantium, id ipsum quod solutum est, an tantundem repetatur.

22. MARCIANUS, lib. singulari de Delatoribus.

Res quae in controversia sunt, non debent a procuratore Caesaris distrahi: sed differenda est eorum venditio, ut divus quoque Severus et Antoninus rescripserunt. Et defuncto majestatis reo, parato herede purgare innocentiam mortui, distractionem bonorum suspendi jusserunt. Et generaliter prohibuerunt rem distrahi a procuratore, quae esset in controversia. — § 1. Res autem nexas pignori distrahere procuratores possunt. Sed si ante alii res obligatae sunt jure pignoris, non debet procurator jus creditorum ledere. Sed si quidem superfluum est in re, permittitur procuratori vendere ea lege; ut in primis creditoribus praecedentibus satisfiat: et si quid superfluum est, fisco inferatur; aut si accepit totum fisco, solvat ipse: vel simpliciter si vendidit procurator, jubebit pecuniam, quam deberi creditoribus privato fuerit probatum, exsolvi ei: et ita

51. L. 15, supr. eod.: L. 1, l. 105, in pr. infr. de verb. sign. l. 8, § 5, supr. de negot. gest. — 52. L. 18, in pr. infr. h. t. — 53. L. un. C. de his, qui se defecerunt. — 54. L. 14, supr. h. t. l. un. C. poen. fiscalis, creditor praefertur. — 55. Adde L. ult. C. de delatoriis. — 56. L. 16, supr. h. t. — 57. L. 3, in fin. supr. de pub. judic. — 58. L. 2, C. de his, qui accusare. — 59. L. 3, C. de priv. facti. — 60. d. l. 5.